



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. XIV. De morte Domitiani & revocatione Ioannis Evangelistae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

insulam *Pontiam* deportari jubet, & beatum *Ioannem* Evangelistam relegat exilio, ubi & *Apocalypsin* scripsit, missus prius in ferventis olei dolium, sed illæsus. Hic familiam *David* regis perire jubet, & propinquos Christi, secundum carnem: ut interficiat, ne quis superesset Judæorum ex semine regali. Quibus oblatis, & de regno Christi respondentibus; quia non est de hoc mundo; liberos abire jubet, & contemnit. *Domitianus* regnat xv. annis.

C A P. XIV.

*De morte Domitiani & revocatione**Ioannis Evangelista.*

Itaque *Domitianus* potitur imperio xv. annis. Postea ex Senatusconsulto omnes, qui jussu ejus exulabant, revocantur, cum quibus & beatus *Ioannes* rediit: *Nerva* vix annum regnat.

C A P. XV.

De Clemente Romano, Simone Hierosolymitanorum Episcopo, & specialiter de Evangelista & ejus Evangelio.

Nerva quoque anno plus minusve defuncto, *Trajanus* obtinet imperium, cujus primo principatus anno *Abilius Alexandrinus*, post xiii. Episcopatus annos, diem obiit, *Cerdone* succedente tertio in sacerdotium. *Clemens* tunc temporis post *Petrum* adhuc Romæ pontificatum tenebat. Sed & apud *Antiochiam* post *Petrum* *Evodius* fuerat, & secundus *Ignatius*. Hierosolymis, post *Jacobum fratrem Domini*, adhuc præerat

Simon,